



**Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen
Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark
Brandenburg**

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

Riedel, Adolph Friedrich

Berlin, 1857

XXXV. Die Markgrafen Otto, Conrad, Johann, Otto und Heinrich verkaufen dem Kloster Chorin Hebungen aus dem Hufenzinse in Schwedt, am 14. Juni 1295.

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-54745](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-54745)

de nostrorum prudentum virorum maturo consilio confirmamus, Donantes et sicut donatam inuenimus cum omnibus utilitatibus et possessionibus confirmantes dilectis fratribus nostris in Chorin jus proprietatis ville supradicte cum omni jure ac utilitatibus ab inde peruenturis hoc excepto, si contigerit in eadem villa homicidium vel effusiones sanguinis perpetrari, he due cause cedent ad usum Dominorum. Scultetus tamen ciuitatis Oderberg talia cum consilio domini Abbatis Chorinensis iudicabit, a quo dictus Scultetus huiusmodi iudicium recipere tenetur et habere. Preterea addicimus quod homines ejusdem ville Barzdin secundum consuetudinem dicte ciuitatis jura sua tam ecclesiastica quam ciuilia perpetualiter obseruabunt. Hujus confirmationis testes sunt Dithardus de Wuztrow, Conradus de Redere, milites, et quam plures alii fide digni. Datum Lyuenwalde, anno domini M^o. CC^o. nonagesimo quinto, feria secunda in Pascha, et data per manum domini Johannis, nostre Curie Capellani.

Aus dem nach dem Original des K. Geh. Staatsarchives berichtigten Abdrucke in Gerdens Cod. II, 435.

XXXV. Die Markgrafen Otto, Conrad, Johann, Otto und Heinrich verkaufen dem Kloster Chorin Hefungen aus dem Hufenzinse in Schwedt, am 14. Juni 1295.

In nomine Domini Jhesu Cristi amen. Otto, Conradus, Johannes, Otto et Hinricus, dei gratia Brandenburgenses et de Landesberg Marchiones, omnibus in perpetuum. Humani generis actiones perpetua memoria indigentes plerumque ab hominum memoria dilabuntur, que non scripturarum seu testium munimine renouantur. Hinc est, quod cum manifesta recognitione ac protestatione presentium ad uniuersorum cristi fidelium notitiam cupimus peruenire, quod ecclesie Korinenfi Ordinis Cisterciensis vendidimus et donauimus proprietatis tytulo VIII talenta cum duobus solidis reddituum Brandenburgensis monete in censu manforum nostre ciuitatis Ziwet ac in alio censu ibidem, qui vulgariter Worthins nuncupatur, ut si defectum denariorum habuerit in censu manforum predictorum, in alio censu dicto Worthins Summa octo talentorum cum duobus solidis complebit perpetuo possidenda. Pro huiusmodi venditione et donatione dicta ecclesia nobis exfoluit Octoginta Marcas argenti Brandenburg. monete uidelicet pro talento quolibet decem marcas pecunie numerate. Vt igitur hec nostra venditio et donatio futuris temporibus stabilis permaneat atque firma, dicte ecclesie dari iussimus prefens testimonium litterarum sigillorum nostrorum munimine roboratum, adhibitis etiam testibus ydoneis, quorum nomina pro majori firmitate duximus exprimenda, Ludolfus de Wedele, Tethardus de Woztrowe, Hinricus de Doffa, Henningus et Anselmus, fratres, dicti de Blanckenborch et Hermannus Botel, milites, et quam plures alii fide digni. Actum et Datum Zsuet, anno domini M^o. CC^o. LXXXV^o., feria tertia proxima post diem Barnabe apostoli, per manus Thydemanni, nostre curie Notarii.

Aus dem nach dem Original des K. Geh. Staatsarchives berichtigten Abdrucke in Gerdens Cod. II, 434.